



TAYLOR INSTITUTION
DOMI NUS ILLU MINA TIO MEA




GRAMMATICA LATINO-GERMANICO-SLAVONICA.

EX PERVETUSTO EXEMPLARI

Ad modernam in Carniolicâ Linguâ loquendi methodum accomodata, à plurimis expurgata mendis, & Germanicis aucta dictionibus.

à QUODAM

Linguæ Slavicæ, Amatore in communem utilitatem, studiosæ Juventuti, Interioris Austriæ, Specialiter Dedicata.



SUPE ... RMISSU.

LABACI, Formis ... Prov. Carn. Typ. 1715.


GRAMMATICA LATINO-GERMANICO-SLAVONICA.

EX PERVETUSTO EXEMPLARI

Ad modernam in Carniolicâ Linguâ loquendi methodum accom̃odata, à plurimis expurgata mendis, & Germanicis aucta dictionibus.

à QUODAM

Linguæ Slavicæ, Amatore in communem utilitatem, studiosæ Juventuti, Interioris Austriæ, Specialiter Dedicata.



SUPERIORUM PERMISSU.

LABACI. Formis. I.G.Mayr, Incl. Prov. Carn. Typ. 1715.

Celſiſſimi, Excellentiſſimi,
Reverendiſſimi, Jlluſtriſſimi, Per-illuſtres, Prænobiles, Nobiles, ac
Magnifici

DOMINI, DOMINI

Inclytorum Interioris Auſtriæ Ducatuum Styriæ, Carinthiæ, & Carnioliæ Proceres, Patres Patriæ, Dom. Dom. ac Patroni Gratioſiſſimi, &c. &c.

Q Uandoquidem plures noviſſe Linguas, jucundum, decorum, perutile, imò perneceſſarium eſſe, apud omnes in con-

modo orationis genere, vel explicare vel explicatum quasi coram contueri? quid vero fructuosius esse potest, quam de DEO, de Jure, deque natura rerum, vel differentes vel conscripta de illis monumenta intelligere, Thesaurumque in eis reconditum, depromptum, atque evolutum, cum opus est, sibi usurpare recte posse? Denique quid est, quo homines minus carere queant, quam dictarum rerum per linguas cognitione, cum neque Ecclesiæ Doctrina, neque ulla politia, neque privata neque publica studia tueri conservarique, neque humana negotia sine harum adminiculo commodè pertractari posse, vi-

de-

deantur: quæ cum ita sint: quid prohibere potest? quominus hæc prima Slavonicæ Linguæ Elementa, Vestris Jllustrissimi Proceres, repræsentem obtutibus, qui eas patrias, quibus magna ex parte est Linguæ Slavicæ usus, non modo incolitis, verum etiam sapientissimè gubernando & moderando practicatis, eâ unicâ prætensâ ratione, ut Nobilissima à Sapientissimis Prognata progenitoribus juventus, varjis aliunde assueta linguis, etiam ad slavici idiomatis (quod etsi quam plures naturaliter norûnt, aut saltem nosse desiderant) Genuinam notitiam per correctiora, & ad modernam loquendi methodũ accomodatiora Elementa, & Regulas, scientificè quoque manuduci, dirigique valeat, nam cum hæc Slavica Lingua sit originalis, & latissime per orbem diffusa, ut in hoc vix ulli idio-

mati in orbe palmam facilè cesserit, & simul hoc in comperto sit, quod juventuti dum Balbutire incipit, primitùs Indita ob varietatem pronunciationis & accentuũ, ad plurima idiomata linguam adaptet, excolat, & disponat, ut proinde utilissimum censeri debeat, plures linguas addiscere cupienti, omnium primo slavicâ instructum esse.

Quantum vero ad amplitudinem Slavicæ Linguæ attinet: circumferamus nunc licet oculos, & quaqua versum respiciamus, perlustremus Regna, alloquamur Gentes Slavicâ Linguâ inveniemus sane, slavicum dicendi genus diffundi per maximam mundi partem, nam si idioma Gallicum, Galliæ confinijs, Italicum, Italiæ finibus, Hispanicum, Hispaniæ, Germanicum, Germaniæ terminis concludatur, Slavicum idioma

ma Profecto nullius Regni aut Imperij terminis hucusque includi valuit, quin cujuscunque limites, longe latéque circumquaque transierit, nam ad meridiem Slavica Lingua totum sinum Adriaticum (qui etiam ob id sinus Venetus appellatur) occupat, & integra Regna Dalmatiæ, Croatiæ, Bosniæ, & sic dictæ Slavoniæ inter Dravum & Savum interjacentis pervadit, & sparsim per Regnum Hungariæ, ultra citraque Danubium sunt, qui exercent terram & agros, & idiomate Slavico utuntur, inter illum autem sinum Venetum & sinum Arcticum seu Venedicum, quem Moschi seu Moschovitæ & Ruteni incolunt, medij sunt Lituvani, Poloni, Bohemi, Lusati vel Wendi, ad utramque albis Ripam Moravi, Walachi, Rascij, Bulgari plerique, imo in

Africa ipsa etiam, in qua olim sedem slavi bellicâ virtute pararûnt, non desunt, qui adhuc slavicè loquuntur in Asia præter Urbanos & otiosos nimirum homines, qui perpetuo domi dissident, & in Græcorum partibus sunt, illi Græcè loquuntur, Reliqui omnes tum in aula Turcici Imperatoris, prætoriani videlicet milites, quos Janizaros Appellant, tum qui millitant, omnes illi Lingua Slavica loquuntur, estque hæc lingua in Turcico Imperio adeo celebris & usitata, ut patriam Turcarum linguam celebritate & usû ferè obscurârit. In Austria vero magna pars è sedibus suis à Tyranno Turca pulsi ultra citraque Danubium sparsim terras, agrósque excolunt. In Inferiori Styria à Savo usque ad Muræ ripas magnam partem incolunt & excolunt Agros & Vineas, ex quibus

totum Styriæ, Carinthiæque Ducatum prætiosis provident vinis; Tota quoque Carniolia nostra, & magna pars Inferioris Carinthiæ: Vipacum, Histria, Goritia, Carstia usque ad Ripam Lizbontii & urbem, quæ pola dicitur, Venetis parens, ab Argonautis, ut Strabo refert condita. In his inquam omnibus Regnis, & eorum partibus populi slavi sunt & slavicè loquuntur, atque adeò à Mari usque ad Mare, uno eodémque genere sermonis, slavico videlicet utuntur.

Hos autem omnes, si quis, propter illum aliquem in pronunciatione, accentû, & scriptione deflexum non esse vandalos vel slavos, concedere velit. Is mihi nulla alia firmiore ratione, id facere videbitur, quàm si Germanicæ Linguæ, saltem Mysnicos, Suevos & his vicinos, Gnaros,

alios vero, ut sunt Belgæ & Saxones, hisque proximos, ignaros esse autumaret. Cum verò hos omnes & Germanos esse, & communis etiam patriæ nomine, propter communem scilicet usum linguæ, eos dignemur, cur non quoque pari ex causa nominatas gentes, & à veteribus Henetos, Venetos, Windos vel Wendos dictos slavos quoque Appellabimus? minus ferè inter hos omnes dialectos, pronunciandi ratio discrepat, quam vel inter Mysnenses, Saxones & Belgas.

Complector autem slavico Nomine non aliquam, obscuro loco latitantem, & certis illisque præangustis finibus inclusam gentem, sed Appello & Complector eo nomine, quotquot Regiones & homines vel slavice loquuntur, vel ut plurimum verbis conveniunt, sive Affinitatem

Co-

Cognationemque aliquam habere cum slavicâ linguâ manifeste deprehenduntur. Quotquot autem hactenus Historias conscripserunt, & in eis gentium originem & mores rimati sunt, omnes in eo consentiunt, Henetos, Venetos, seu Venedos, Windos, Wandalos & Slavos eandem & unius ejusdemque esse originis gentem, siquidem quodcunque illi genti ex jam dictis dederis Nomen, idem significare deprehendes; nam omnia hæc synonima à frequenter mutatis sedibus illis conveniunt, solum postremum slavorum Nomen à rebus præclarè gestis, genti huic merito suo obtigit, nam: slava: nostris hominibus gloriam significat; hinc slavi quasi laudabiles, celebres, & clari dicuntur, siquidem Etymon vocis nusquam quis rectius divinaverit

rit, quam ex cujusque gentis propriâ linguâ, quemadmodum enim Germanis, seu allemanis Nomen Inde Impositum recte quis dixerit, quia fuerint : Gar manne *vel* Alle manne: *id quod Carolo etiam Magno placuisse legitur : sic quoque qui slavos à: slava: voce scilicet gloriam significante, Appellat, non peccaverit.*

Igitur à præclare Rebus Gestis Nomen accepisse slavos obscurum non est, nam universæ & omnium Temporum Historiæ testantur, eam gentem propter Bellicas virtutes præclaram & multis gentibus formidabilem, nam quæcunque de Wandalis, Vindis, Vendis, &c. Dicitur, aut scriptum legitur, hoc de slavis recte intelligi potest, quod Magister Eloquentiæ alicubi non dissimulat inquiens :

Dil-

Dalmatæ semper habiti sunt bellicosi, similiter in expeditione illa Græcorum Adversus Trojam vocati heneti, in Auxilium Græcis vicinis venerunt & dum Alexander Magnus Rex Macedoniæ totum subjugare orbem intenderet: plurimum ex Slavis seu Dalmatis circumvicinis, tunc illi parentibus, potentissimo exercitu comparato, universum pene orbem potestati suæ subjecit, ita ut sicut scriptura testatur, constituerit prælia multa, & obtinuerit omnium munitiones, & interfecerit Reges terræ: & acceperit spolia multitudinis gentium: & siluerit terra in conspectu ejus: & hinc fit, quod hæc natio Slavica tam vastas Regiones, provincias, ditiones & Regna ad hæc usque tempora possideat, & quod Turcarum Tyrannus, etsi jam dudum subjugatis Græcis, etiam vicinos Dalmatas, Croatas, Polonos, Moschovitas, & alias Slavicæ Linguæ gentes, licet persæpe formidabilibus armorum procellis attentans, debellare nequiverit, hujus gentis Magnanimitati Bellicositati, & constantiæ merito adscribendum, cum jam per tot sæcula firmissimos illi constituere limites, ad hæc usque tempora toto spectante orbe non destiterit.

Neque hoc vero ad commendationem Slavici Nominis & idiomatis parum facere videtur, quod non tam extra quam intra Germaniam, Regnorum, principum, equestris ordinis veterum Familiarum, Civitatum, Fluminum, & pagorum etiam appellationes, Slavicis vocibus sunt insignitæ. Moschi à : Mosh, *quod virum significat, appellantur.* Ruteni, *seu potius* Rassi, *volunt quasi* Rassejani, *id est Disseminati Dici. Poloni* à pojle, *hoc est, à campo, nomen habent. Bohemi* à boj, *quod bellum denotat, dicti, unde etiam*

Ba-

Bavari, id eſt, Bojári *vel* Vojári, *id eſt, duces, Moravi à Flumine, morava, imò Ungaris adeo etiam adlibuit Slavicus ſermo, ut olìm Tetrarchas ſuos* Vojvodas (*ad Verbum Germanice* Hertzogen) *hoc eſt exercitus Duces Appellarent. Vulgò Corrupte dicunt* vajda. *Erant autem illi, niſallor* vojvodæ *in Regno Hungariæ, in Tranſylvania unus, qualis fuit Huniades vere Hungaricus Achilles, alter in ſepuſio, tertius in Valachia, quartus in Raſcia, urbs illa quoque, ubi ſavus cum Danubio confluunt, ſita, Alba Græca, Henetum habet Nomen Belgrad. Pomerani quoque nomen habent, à* prjmórju, *quaſi Dicas marini, ſeu accolæ maris. Magnus ille Dux Moſchus ſedem ſuam præcipuam Nomine:Starigrad: quod veterem Arcem ſignificat, Appellat. Et Turcici Imperatoris ſedes Conſtantinopolis (Zar grad) hoc eſt Cæſaris Arx dicitur. Metroplis quoque Urbs Styriæ Graz corruptè, Rectius Gradèz, id eſt, Arx, vocatur, Marchiones Brandeburgenſes Slavorum ſeu Vandalorum ſunt Duces, & Saxoniæ Elector plures alit Eccleſias Slavico idiomate utentes, cujus Civitas Lypſia Celeberrimum Emporium illarum Regionum Slavicum nomen etiamnum retinet, nam à Lipa, quod Slavis Tiliam arborem, ſignificat, nomen habet, fortaſſe ideo, quod locus ille Tilijs abundaret, dicta: qua omnia, ut plura alia ommittam, manifeſte indicant gentem & Linguam Slavicam etiam olim fuiſſe celebratiſſimam, & longe lateque diffuſam. Non ſunt itaque reprehendendi, quin potius apprime Laudandi, qui aliquid ſtudij eo conferûnt, ut eam linguã conſervare & propagare, atque adeo etiam illuſtrare cupiant. Quam rem altius expendens olim Carolus,*

ejus

ejus nominis quartus, & Bohemorum &c. Rex, Romanorumque Imperator lege peculiari, AUREAM BULLAM vocant, haud dubiè maturo Consilio, atque unanimi omnium statuum & principum totius Rom. Imp. Consensu sanxit, ut post hac Electorum etiam Filij, inter præcipuas linguas, Slavicam quoque Addiscerent; peroptime intellexit sapientissimus ille Imper. Electorum Filios Slavonicæ Linguæ cognitione difficile carere posse, cum nimirum plerique principum ejusdem sermonis populos sibi subditos, aut finitimos habeant, cum quibus necessario sermocinari, agere, & quandoque magni ponderis negotia pertractare cogantur. Tot itaque ennaratis hujus Idiomatis encomijs, non minus adnumeranda est illa nobilissima dignitas, quam præ cæteris Europæ Linguis Slavica sibi vendicat, quod ab Adriano II. Summo Pontifice S. Cyrillus authoritatem aquisiverit Canonicas horas, cum Missarum solennijs in Slavica Linguâ deinceps celebrari debere, quod etiamnum in partibus illis ad hodiernum usque diem usitatum est.


Cum igitur sub hujus magnæ & imperialis aquilæ grandium alarum tutelari umbra peculiari statuto Slavorum idioma in posteros utiliter derivandum per vastissimas orbis plagas gentium linguas ad humanum Commercium fortunatissime erudiat. Vobis Excellentissimis ac Illustrissimis Dom. Dom. Interioris Austriæ Hæreditariarum Provinciarum proceribus, atque Celsissimorum Dicasteriorum arbitris Gloriosissimis, utpote in quorum lucro, & prophano emolumento, ac salutes populi solidissimis fulcris patriâ curâ succelantur, hæc prima Grammatices Rudimen-

menta ad unguem supputata (quousque tandem ejusdem idiomatis Dictionarium in expectatæ munificentiæ symbolum vestris præsentem conspectibus.) omnique statui proficua defero & substerno, Album meis hisce conatibus vestrum superaddite calculum, hacque linguarum facile principis cunabula tum Nobili, tum ignobili juventæ proficuè adornata per vobis concreditas Provinciarum oras præsidij vestri dignissimo vadimonio deducite. Quibus in votis perpetuis meis obsequijs perenno.

Celsis.orum Excell.orum Rev.orum
Jllust.orum Inclytorum Interior. Austriæ Ducatuum Styriæ, Carinthiæ, ac Carnioliæ, Statuum &c. &c.

Cliens Infimus.

Joan. Georgius Mayr.



LIBER PRIMUS
De Orthographia Latino Slavonica.

CAPUT I.

De Literis Slavonicæ Linguæ.

I.

Literæ Slavonicæ Carniolanæ simplices sunt viginti quinque, quas hic, quo sese apud Latinos ordine sequuntur, ponere, & slavice appellare liceat.

A a. B b. C c. D d. E e. F f. G g. H h. I i. K k. L l. M m. N n. O o. P p. Q q. R r. S s. ſ. T t. V v. W w. X x. Y y. Z z.

2.

Præter has XXV. simplices Latinis usitatas, requirit Carniolanum Idioma adhuc quatuor sequentes quæ peculiares simplices, quibus respondeant, non habent. Itaque quoad fieri potest pluribus literis erunt reddendæ in hunc, ut sequitur, modum.

ſh, ut ſhála, *id est*, *jocus*, ein Schertz. ſhéma, *Larva*, ein Larve. ſhilu, *subula*, ein Aal. ſhóga, *Oraculum*, ein Heher. ſhúla, schola, ein Schull.

sh, ut shába, *Rana*, ein Frosch. shéna, mulier, ein Weib. shivína, *pecus*, ein Viech. shóga, *pila*, ein Ballen. shupa, *jusculum*, ein Suppen.

zh, ut zhápla, *ardea*, ein Reiger. zhélu, *frons*, die Stirn. zhúdu, *miraculum*, ein Wunder.

ſhzha, aut ſhzh. ut ſhzhym, *mejo*, ich harne. véjſhzha, *strix*, ein Zauberin.

CAPUT II.

De Pronunciatione ex usu Literarum.

Literæ in Linguâ Slavonicâ eodem prorsus modo pronunciari solent, quemadmodum in Latinâ, in usû tamen quinque sequentium consonantium c, k, l, s, ſ, z, videtur esse nonnulla discrepantia.

Primo

Primò, Circo literam C, hoc adverti debet, quod licet in Slavonica æquè ac in Latina lingua jungatur vocalibus e, i, y, rarissimè tamen extra nomina Propria, peregrina, aut à latinâ derivata jungitur alijs tribus vocalibus, a, o, u, sed loco, c, ordinarie jungitur, k, verbi gratia: ka, ko, ku, pro ca, co, cu. Hinc non scribitur apud slavos catéri sed katéri, qui, welcher. neque corітu sed koritu, linter, Trog. Neque cúrba sed kúrba, meretrix, Hur.

Secundò, Sicut consonantis, k, rarior est usus apud latinos cum vocalibus a, o, u. ita è converso rarissimus est usus slavis litteræ c cùm dictis vocalibus, sed ejus loco, k, extra tamen Nomina propria, aut à latinis derivata, in quibus etiamnum viget, ut Catharina, Catechismus, &c.

Tertiò Litera, L, licet semper scribi debeat, quandoque tamen non pronunciatur, sed illius loco pronunciatur vocalis, u, ornatè quidem si, L, in fine dictionis, absonè admodum si in medio dictionis reperiatur, sic ornatius pronunciatur sim biv, pro sim bil, fui, bin gewesen. Sim vidiv, pro, sim vidil, vidi, hab gesehen. sim plésau, pro, plésal, saltavi, hab getanzet. quamvis scribi debeat bil, vidil, plésal, licet etiam bene exprimatur per, L, juxta morem inferioris Carnioliæ, è contra si, L, in medio dictionis re-

periatur ultra modum absone exprimitur, v, pro, l, ut kobíva pro kobila, equa, ein Stute. másvu, pro, maslu, butyrum, Schmaltz. pvátnu pro plátnu, tela, Leinwath. prout superioris Carnioliæ Incolis & Carinthianis slavis consvetum est.

Quartò circa consonantes, ſ, longum, &, s, curtum hoc discrimen in slavonico idiomate diligenter notandum est, quod, s, curtum mitius, & lenius, at, ſ, longum asperius pronunciari debeat, exemplum prioris sit vox, sad, quæ pronunciatur ad modum germanicæ vocis: Saamen: & significat retro, ruckwertz. è contra, ſad, longo, ſ, scriptum pronunciatur ad modum latinæ vocis: ſedes: & significat, fructum, ein Frucht. Idem accidit quod syllabæ sha, she, shi, sho, shu, minoris, s, mitiorem pronunciationem & è converso syllabæ ſha, ſhe, ſhi, ſho, ſhu, longioris, ſ, seu asperiorem pronunciationem in omni dictione sequantur.

Quinto consonans, z, persæpe loco c, jungitur vocalibus e, i, y. ut Zérkou, Ecclesia, Kirchen. Zigàn, Zingarus, Zigeiner. Zygar, Convector, Schiffknecht. licet, c, extra nomina propria, aut à latinis derivata nunquam in slavonismo jungatur vocalibus a, o, u. sed vel, z, vel k. ut supra dictum est.

CAPUT III.

De Divisione Elementorum.

Literæ Carniolicæ sunt XXIX. ut in capite primo videre licuit.

1. Et hæ sunt vel vocales, vel consonantes.
2. Vocales sunt quinque a e i o u, &, si libet, y.
3. Hæ sunt vel breves, notatæ sic; à è ì ò ù. vel longæ, hoc modo signatæ á é í ó ú.
4. Ex his fiunt Diphthongi, scilicet ja je ji jo ju & va ve vi vo vu. & Triphthongi, jaj jej jij joj juj.
5. Consonantes sunt reliquæ literæ omnes, ex his utrisque simul junctis fiunt syllabæ, quarum quandóque 6. in unam syllabam coeunt ut shzhym, & 5. ut zhèrv, aut 4. ut shaz, aut 3. ut sha, sha, &c.

De Numeris per Literas notandis.

1. Ex tota turba literarum, saltem septem (quemadmodum & vulgo apud Latinos) literæ in notandis numeris usurpantur & sunt.

I.	V.	X.	L.	C.	D.	M.
1.	5.	10.	50.	100.	500.	1000.

2. Singulæ hæ literæ seipsas, toties, quoties ponuntur significant. Sed ex his prima, tertia & quarta, ingeminantur recepto more, ad summum quater: sic;

IIII. XXXX. CCCC.
4. 40. 400.

3. Majoribus præpositæ minores, suo valore privant majores sic:

IV. IX. XL. XC. CD. CM.
4. 9. 40. 90. 400. 900.

Annus currens sic scribitur: M. DCC. XV.

CAPUT IV.

De apicibus quibusdam & notulis in orthographia slavonica, necessariò observandis.

De nota Accentûs gravis.

I. Quia Linguæ Slavonicæ ea est natura, ut vocales quidem scribere, sed eas interdum non nisi obscure & vix sensibiliter efferre oporteat, quare, ut ubi illud fieri debeat, aliquot extet indicium, notula gravis accentûs commodissimè signabitur, sic:

Pèr id est, apud. bey. Pèrt, id est, Mappa. Tischtuch. Pèrvi, id est, Primus. der Erste. Vèrt, id est, Hortus. Garten.

De nota Accentûs acuti.

II. Non inconveniens erit in elevandis syllabis, acuti toni notam, supra syllabas collocare, sic: délam, id est, laboro, ich arbeite. pelám, duco, führe / &c. Nam etsi du-

duplicatione vocalium significari posset: tamen compendiosius hoc modo fit. Et certe in differentijs constituendis id omnino faciendum, ut; poléti, æstate, in Sommer/ & poleti, wird fliegen. volabit, &c.

De nota Apostrophi.

III. Peculiare est hoc linguæ slavicæ præpositiones quasdam, præfixis quibusdam literis simplicibus, ut sunt: h. k. & v. cum est consonans, significare. Quod verò, quo animadverti possit Apostrophi nota, à tergo literæ ad caput adpositæ, id commodissimè notabitur sic:

Ad { h' { Ad templum, h'Zerkvi zu der Kirchen.
Ad Gregoriú, h'Gregórju zum Gregor
Ad Lapidem, h' kámenu zum Stein.
Ad Quintilianum, h' Quintiliánu, zu den Quintilian. }

k' { Ad Patrem, k'Ozhétu, zum Vatter.
Ad me, k'méni, zu mir.
Ad te, k' tébi. zu dir.
Ad Hieronymum, k'Hjerónymu, zu Hieronymo.
Ad Ducem, k'Hérzogu, zum Herzog. } }

Si quem hîc, h. & k. pro eâdem præpositione videlicet, ad, poni, movet, is sciat hanc rem aurium saltem judicio constare & deprehendi. Deinde animadvertet quisque, faciliorem esse pronunciationem, & etiam usitatio-

ratiorem, si h ante c g k q at k ante omnes vocales & reliquas consonantes ponatur.

Cum, s' { Cum Patre, s' Ozhétom, mit dem Vatter.
Cum Matre, s' Máterjo, mit der Mutter.
Mecum, s' máno, mit mir.
Tecum, s' tábo, mit dir. }

In, v' { In Templú, v' Zérkov, in die Kirchen.
In Scholá, v' Shúlo, in die Schull.
In Domo, v' Híshi, in dem Hauß.
In Schola, v' Shúli, in der Schull. }

CAPUT V.

Sequuntur quædã observationes.

I. SI usu veniret, dictionis primam literam, cum ipsa præfixa præpositione, & figurâ & potestate convenire, tum, quo facilior sit pronunciatio, potest litera dictionis initialis omitti, & ipsa præfixa præpositionis litera nihilominus apostropho signari, quod indicio erit, similem præpositioni literam esse rejectam. Siquidem ejusmodi concursû literarum pronunciatio vel difficilis, vel ne fieri quidem possit, præsertim si v, consonantis vim ubique servare debeat: & duæ consonantes, nulla mediante vocali in syllabam coire nequeunt, ut,

in bovem, v' Vóla, in den Ochsen.
in bove, v' Vóli, in dem Ochsen.
cum filio, s' Sinom, mit dem Sohn.

Quare rectius sic:

v' óla, in Bovem.
v' óli, in Bove.
s' inom. cum Filio.

II. *Si præfixam literam, proprium nomen sequetur, tum præpositio ipsa, à minúscula cum apostropho, at proprium nomen à majuscula initium sumet, ut:*

k' Adámu, ad Adamum, zum Adam.
k' Hérbardu, ad Herbardum zum Herwart.
k' Petru, ad Petrum, zum Peter.
k' Páulu, ad Paulum, zum Paul.

III. Quoties i, erit consonans, sive id præponatur, sive postponatur, vel sibi ipsi vel alijs vocalibus, toties paulùm propendente Cauda erit pingendum, sic:

Exempla præposita.			*Exempla postposita.*		
jem,	edo,	ich esse.	Daj,	da,	Gib.
jĺdi,	eas,	gehe du.	sej,	semina.	sene.
jókam,	ploro,	ich weine.	svoj,	suus,	sein
junàk,	gigas,	ein Riß.	ptuj,	peregrinus,	frembd

Exempla utriusque.

jáize,	ovum,	ein Ey.
jejsti,	edere,	essen.
jej,	ede,	esse.

CAPUT VI.

De Combinatione Literarum.

I. IN cogendis literis in ſyllabas eadem hic eſt ratio, quæ apud Latinos vel apud Græcos: verum hoc peculiare eſt in lingua Slavica ſeu Carniolica: quod in ſyllabis, ja, je, ji, ju in quibus, j, conſonans eſt, quælibet alia conſonans, ante eas ſyllabas poſita, poteſt coire in eandem ſyllabam cum eis, ut:

Bja, ut: verbja, bje ut: verbje, bji ut: verbji. bju ut: verbju. ſimiliter ſpánje, djal, sémlja, ludjè, & ſic de cæteris.

II. Univerſale ſit hoc in peregrinis vocibus ſuam obſervandam orthographiam, ut: Abraham, Hebron, Chanaan, Hildebrant, Catechiſmus, Chriſtianus, Gothart, Walthaſar, Gaſper, &c.

De notis diſtinctionum.

III. In diſtinguenda oratione, & ejus partibus, quemadmodum apud Latinos.

Commata,	ſignabuntur ſic	,
Cola,		:
Periodi,		.
Erotemata,		?
Parentheſes,		()
Media nota,		;
Signum Exclam.		!

LIBER

LIBER II.

De nomine ejusque Accidentibus.

PArtes orationes Slavonicæ Linguæ sunt totidem, quot apud Latinos, videlicet: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Conjunctio, Præpositio, & Interjectio.

Nomen aliud est proprium, ut: Joannes, aliud appellativum, ut: sodnyk, judex Richter. Appellativum aliud substantivum ut: kojn, equus, Roß. Aliud Adjectivum ut: dóber, bonus, gut.

Accidentia quæ nomini accidûnt sunt octo: Motio, Comparatio, Genus, Numerus, Figura, Casus, Declinatio & Species.

CAPUT I.

De Motione & Comparatione.

I. ADjectiva moventur ex Masculina terminatione, in Fœmininam & Neutram. Adjectiva masculina desinunt in omnes Consonantes. At, Fœminina in A. Neutra vel in V. vel in E. In, V. quidem plurima, at in, E, plerumque ea, quorum Masculina in Zh, definunt, vel quæ puram habent terminationem ut: ardezh, zha, zhe.

zhe. Rubeus, a, um. roth/ rothe/ rothes. bóshji, ja, je. Divinus, a, um. Göttlicher/ Göttliche/ Göttliches. Ptuj, ja, je. Peregrinus, a, um. frembd/ frembde/ frembdes/

Id quod etiam in participijs verum reperitur, ut: delajózhi, delajózha, delajózhe. hic, hæc, hoc, laborans, arbeitendt / & in pronominibus, ut: nash, a, e, noster, a, um, unser. Item/ meus, a, um, mein.

Substantiva maxime masculina apud slavos & carniolos desinunt in omnes literas Alphabeti, solis, q, & y, exceptis, fœminina tamen persæpe in A, st, & neutra frequentius in, u, & e, exeunt, prout inferius subjecta paradigmata clarius monstrabunt.

Comparatio

Positivi terminatio est Varia.

II. Comparativi vero, & Superlativi una tantum, & omnis Generis, videlicet: shi. præposita enim comparativo particula: nar, fit superlativus. est igitur regularis comparatio ejusmodi.

	M.	F.	N.
	Brumèn,	brúmna,	brúmnu.
P.	Probus,	proba,	probum.
	Der frome/	die frome /	das frome.

Brum-

	M.	F.	N.
	Brumnishi	: shi,	: shi.
C.	probior,	: or,	probius.
	Der frömere/	die frömere/	das frömere.
	nàr brúmnishi,	nàr : shi	nàr : shi.
S.	Probissimus,	: ssima,	ssimum.
	der frömeste	die frömeste/	das allerfrömeste.

Notatio.

Quoties in ultima syllaba, vocalis obscure pronuncianda venit, ferè fit, ut illa in formatione graduum & casuum vel etiam personarum, quasi evanescat, ut hic: à brumèn: fit, brumnishi, ubi, e, evanescit, quod erat in positivo.

III. Comparatio etiam fit per periphrasim hoc modo: ut positivo præponatur particula: bojl, vel, vezh, id est magis vel potius, & fit comparativus E. G. bojl ali vezh brúmen, brúmna, brumnu. der die das frömere. at si præponuntur positivo particulæ: visóku, mozhnú, cilú, ac Pre, fiet superlativus, E. G. visóku brúmen, brumna, brúmnu. der/ die/ das allerfrömeste.

Sequuntur tria Exempla irregularis Comparationis.

	P.	C.	S.
M.	Dober,	bújlshi,	narbújlshi.
	bonus,	melior,	optimus,
	gut/	besser/	der beste.

F. Dobra

	P.	C.	S.
F.	Dobra,	bújlshi,	narbújlshi.
	bona,	melior,	optima.
	gute/	bessere/	die beste.
N.	Dóbru,	bujlshi,	narbújlshi.
	bonum,	melius,	optimum.
	gutes/	das bessere/	das beste.

Item

	P.	C.	S.
M.	Húd,	hújshi,	narhújshi.
	malus,	pejor,	pessimus.
	der böse/	der bösere/	der böseste.
F.	Húda,	hújshi,	narhújshi.
	mala,	pejor,	pessima.
	die böse/	die bösere/	die böseste.
N.	Húdu,	hújshi,	narhújshi.
	malum,	pejus,	pessimum.
	das böse/	das bösere/	das böseste.

Item

	P.	C.	S.
M.	Vélik,	vékshi,	narvékshi.
	Magnus,	major,	maximus.
	der grosse/	der grössere/	der gröste.
F.	Velika,	vékshi,	narvékshi.
	magna,	major,	maxima.
	die grosse/	die grössere/	die gröste.
N.	Veliku,	vékshi,	narvékshi.
	Magnum,	majus,	maximum,
	das grosse/	das grössere/	das gröste.

Anno-

ANNOTATIO.

Comparativorum & superlativorum, tàm singulares, quàm plurales Nominativi, sunt omnis generis, at per casus reliquos declinantur, ut infra in paradigmate nominis Adjectivi clarius exhibebitur.

CAPUT II.

De Genere, Numero, Figura, & Casu.

I. GEnus cognoscitur ex significatione, ut: Ozhà, Pater, Vatter. Mâti, Mater, Mutter. Brat, Frater, Bruder. Sestra, Soror, Schwester.

2. Terminatione. quia fœminina sunt ea quæ in nominativo singulari plerumque desinûnt in A, & in plurali in E, ut: Gérliza, Turtur. Gerlize, turtures. neutra vero plerumque vel in, E, vel, in V, in singulari nominativo, & in plurali in A, ut: tu delu, idest, labor, ta dela, labores, sic: tu dóbru, hoc bonum, ta dobra, hæc bona.

Cætera sunt masculina, sed omnia desinunt in plurali in I. ut: ta velik, hic magnus. Ti veliki, hi magni.

II. Numerus apud slavos, quemadmodum apud græcos, est triplex, videlicet: Singularis, dualis, & pluralis ut inferius ex declinationibus clarius patebit.

III. Fi-

III. Figura alia est simplex ut: pravizhen, justus, gerecht. alia composita, ut: nepravizhen, injustus, ungerecht / alia decomposita, ut: nepravizhnost, injustitia, Ungerechtigkeit.

IV. Casus hic totidem sunt, quot apud Latinos, sex scilicet.

Nominativus, ut: ta Mosh, hic Vir, der Mann.

Genitivus, ut: tiga Mosha, hujus Viri, deß Manns.

Dativus, ut: timu Moshú, huic Viro, dem Mann.

Accusativus, ut: tiga Moshá, hunc Virum, den Mann.

Vocativus, ô ti Mosh, ô Vir, O du Mann.

Ablativus, od tiga Moshá, ab hoc Viro, von dem Mann.

CAPUT III.

De Declinatione Articuli, Hic, Hæc, Hoc.

QUemadmodum extra declinationem in Latina lingua articulorum usus reverà non est, neque etiam esse debet in slavonica & carniolica lingua. nam quòd vulgò in loquendo usurpatur articulus à Carniolanis, fit id solum germanicæ linguæ prava imitatione, & non necessitatis gratia. siquidem omnia planè & significanter, sine ar-

articulo efferri possunt, verum quia per articulum Genus, Casum & Numerum venamur: & in declinando ejus usus existit necessarius. Quare pronominis hic, hæc, hoc. (quod interim articuli nomine dignabimur) declinationem, hic subjungemus.

ARTICULUS GENERIS MASCULINI.

Singularis Numerus.

N. Ta, hic, der.
G. tigá, hujus, dessen.
D. timú, huic, dem.
Ac. tigá, hunc, den.
V. ô. ô. ô.
Ab. od tigá, ab hoc, von dem.

Hic Gen. Ac. & Ablat. conveniunt terminatione, quemadmodũ Nominativus, & Vocativus, Dativus peculiarem habet terminationem, Vocativus est Adverbium vocandi, ô.

Dualis Numerus.

N. Ta, hi duo, die zwey.
G. tiu, horum duorum, der zweyen.
D. tima, his duobus, denen zweyen.
Ac. ta, hos duos, die zwey.
Vo. ô. ô. ô.
Ab. od tiv, âb his duobus, von denen zweyen.

Pluralis Numerus.

N. ti, hi, die.
G. tih, horum, deren.
D. tim, his, denen.

Ac. te, hos, die.
V. ô. ô. ô.
Ab. od tih, âb his, von denen.

ARTICULUS GENERIS FOEMININI.

SING. NUM.

N. Ta, hæc, die.
G. te, hujus, der.
D. ti, huic, der.
Ac. to, hanc, die.
V. ô, ô, ô.
Ab. od te, ab hac, von der.

DUAL. NUM.

N. te, hæ duæ, die zwo.
G. tiu, harum duarum, deren zwo.
D. tima, his duabus, denen zwo.
Ac. te, has duas, die zwo oder zwey.
V. ô, ô, ô.
Ab od tiu, ab his duabus, von denen zwo.

Nom. & Accus. item Gen. & Ablat. conveniûnt.

NUM. PLUR.

N. te, hæ, die.
G. teh, harum, deren.
D. tem, his, denen.
Ac. te, has, die.
V. ô, ô, ô.
Ab. od teh, âb his, von denen.

Nominat. & Accas. item Gen. & Ablat. coincidûnt.

AR-

ARTICULUS. GEN. NEUT.

Sing. Num.

N. Tu, hoc, das.
G. tigá, hujus, dessen.
D. timú, huic, dem.
Ac. tu, hoc, das.
V. ô, ô, ô.
Ab. od tigá, ab hoc, von dem.

Nom. & Accusat. item Gen. & Ablat. conveniunt.

Dual. Num.

N. Ta, hæc duo, die zwey.
G. tiu, horum duorum, deren zweyen.
D. tima, his duobus, denen zweyen.
Ac. ta, hæc duo, die zwey.
V. ô, ô, ô.
Ab. od tiu, ab his duobus, von denen zweyen.

Nom. & Ac. conveniunt, sic Gen. & Ablat.

Plur. Num.

N. ta, hæc, die.
G. téh, horum, deren.
D. tem, his, denen.
Ac. ta, hæc, die.
V. ô, ô, ô.
Abl. od teh, ab his, von denen.

Nom. & Accus. similes, sic quoque Gen. & Ablat.



CAPUT VI.

De Declinatione Substantivorum.

PARADIGMA MASCULINI GENERIS.

SING. NUM.

N. Ta Ozha, hic Pater, der Vatter.
G. tiga Ozhéta, hujus Patris, deß Vatters.
D. timu Ozhétu, huic Patri, dem Vatter.
Ac. tiga Ozhéta, hunc Patrem, den Vatter.
V. ô Ozha, ô Pater, ô Vatter.
Ab. od tiga Ozhéta, âb hoc Patre, von dem Vatter.

OBSERVATIO.

Incrementum Genitivi singularis sequuntur reliqui Casus obliqui omniũ numerorum.

DUAL. NUM.

N. ta Ozhéta, hi duo Patres, die zwey Vätter.
G. tiu Ozhétou, *vel etiam* Ozhét, *per Apocopen*, *vel per Syncopen* Ozhov, horum duorum Patrum, der zweyen Vätter.
D. tima Ozhétama, *vel per Contractionem* Ozhétma his duobus Patribus, denen zweyen Vättern.
Ac. ta Ozhéta, hos duos Patres, die zwey Vätter.
V. ô vi Ozhéta, ô vos duo Patres, O ihr zwey Vätter.
Abl. od tiu Ozhétov, Ozhét *per Apocopen*, *vel* Ozhov, *per Syncopen*, ab his duobus Patribus, von denen zweyen Vättern.

PLUR.

PLUR. NUM.

N. ti Ozhéti, vel Ozhóvi, hi Patres, die Vätter.
G. tih Ozhétih, vel Ozhétov, vel Ozhét *per Apocopen, vel* Ozhóv *per Syncopen*, horum Patrum, deren Vättern.
D. tim Ozhétom, his Patribus, denen Vättern.
Ac. te Ozhéte, hos Patres, die Vätter.
V. ô vi Ozhéti, vel Ozhóvi *Crasi quâdam, & Concisione*, ô vos Patres, O ihr Vätter.
Ab. od tih Ozhétih, Ozhétov, Ozhét vel Ozhóv, ab his Patribus, von denē Vättern.

OBSERVATIONES.

1. Vides ubique Casum sequi terminationem articuli.
2. Nominativus, & Vocativus sunt similes, idque in omni Numero.
3. Gen. & Accus. & Ablativus singulares sunt similes.
4. Nom. Acc. & Vocativus duales etiam sunt similes: & Gen. & Ablat. ejusdem numeri.
5. Gen. & Abl. plurales conveniunt terminatione.

Atque hoc paradigma unum pro multis alijs masculinis satis erit pro Regula.

EXEMPLA MASCULINI GENERIS

INCIPIENTIA AB

A.

Ajfrer, ja, Zelótes. Eyfferer.
Antverhar, ja, Opifex, Handwercker.

Arink, a, Halec, Häring.
ArznyeDoctor, Medicus, Doctor der Artzney.

B.

Béber, ali piber, bra, Fiber, Castor, Biber.
Bèrs, iga, velox, schnell.
Hiter, triga, idem.
Beſédnik, ka, Orator, Redner.
Beshézh, iga, Fugax, Flüchtig.
Betég, ali Betésh, a, Dolor, Schmertz.
Berizh, a, Stator, Schörg.
Bógat, iga, Dives, Reich.
Bokál, a, Poculum, Becher.
Boshji strah, iga, a, Pietas, Gottsforcht.
Brat, a, Frater, Bruder.
Britbar, ja, Tonſor, Scherer.
Britof, a, Cæmiterium, Kirchhoff.
Búshèz, shza, Mendicus, Bettler.

C

Ceſsar, ja, Cæſar, Kayser.

D.

Diléshni, iga, compos, particeps, theilhafftig.
Divji, iga, ferox, wild.
Divják, a, idem.
Dobízhèk, zhka, Quæſtus, Lucrum, Gewinn.
Dólmazh, a, Interpres, Dolmetsch.
Drakon, Smiet, aliLintvern, a, Draco, Drack.
Duh, a, Odor, Geruch.

E.

Erb, ali Erbizh, Hæres, Erb.
Enák, iga, ſimilis, gleich ähnlich.

F. Far.

F.

Far, ja, Sacerdos, Priester.
Fendrih, a, Signifer, Fendrich.
Firſht, a, Dux, Fürst/ Obersterhaubtmann.
Vívuda, ali vájvoda, idem.

G.

Gerab, a, Tutor, Gerhab/ Vormund.
Gíbezhin, zhniga, agilis, glenckig.
Glaſs, a, Vox, Stimm. (miloſtiv, idem.
Gnádliv, iga, clemens, mild/ gnädig.
Goltánez, nza, Guttur, Kheel.
Golúf, a, Sophiſta, Betrüger.
Goſpúd, a, Dominus, Herr.
Grad, a, Arx, Geschloß.
Grishézh, iga, mordax, beissig.
Grosovít, iga, atrox, grausamb.
Gvant, a, Amictus, Gewandt.
Gvelb, a, Fornix, Gewölb.
Guſt, a, Hoſpes, Gast/ Wirth/ Gastgeb.
óſhter, idem.

H.

Híſhni malyk, ga, ka, lar, Hauß-GOtt
Hitter, triga, pernix, schnell.
Hlápez, pza, Miniſter, Diener.
Hlápzhizh, a, Puer, Knab.
Hraſt, a, Quercus, Eichbaum.
Hrib, mons, Berg.

I.

Jágar, gra, ali lóviz, vza, Venator, ein Jäger.
Jésdez, a, Eques, Reitter.

Isvjér, a, Origo, Ursprung/ Quell.

K.

Kámen, a, Lapis, Stein.
Kámzhizh, a, Lapillus, Scrupulus, Steinlein.
Káſhel, ſhla, Tuſſis, Husten.
Kerhák, perhák, hkiga, fragilis, gebrächlich.
Kluzh, a, Clavis, Schlüssel.
Klafaſt, iga, Loquax, klafftig / schwätzig.
Kojn, a, Equus, Roß / Pferdt.
Kónez, nza, Finis, End.
Korén, a, Radix, Wurtzel.
Kósel, sla, Caper, Bock.
Kovázh, a, Faber, Schmidt.
Kradlív, iga, Furax, diebisch.
Krajl, a, Rex, König.
Kraj morjá, a, Littus, Gestatt am Meer.
Krátèk, tkiga, brevis, kurtz.
Kratek, ſapopádek, tkiga, dka, Epitome, kurtzer Begriff.
Kreg, a, Altercatio, Certamen, lis, Zanck.
Krish, a, Crux, Creutz.
Krivèz, vza, ſons, schuldig.
Kroták, tkiga, mitis, sanfftmüthig.
Kruh, a, Panis, Brodt.

L.

Lagák, hkiga, levis, gering.
Láhki, ga, facilis, leicht.
Laſs, a, Crinis, Haar.
Làshnik, a, mendax, lugenhafftig.
Led, a, Glacies, Eyß.

Lejp,

Lejp, iga, pulcher, hüpsch.
Leissni Zhèrv, ga, a, Cossus, Holtzwurm.
List, a, Epistola, Brieff.
Listar, ja, Tabellarius, Briefftrager.
Log, a, Nemus, dicker Waldt.
Lanzhàr, ja, Plastes, Figulus, Töpffer/Hafner.
Lóter, tra, Furcifer, Schalcksbub.
Lubesnív, iga, suavis, lieblich/ süß.
Loj, a, Sævum, Unslicht/ Inslet.

M.

Magnét, a, Magnes, Magnetstein.
Mak, a, Papaver, Magsamen.
Malyk, a, Idólum, Götzenbild.
Med, a, Mel, Hönig.
Medén, iga, Mitis, mild/ von Hönig.
Mejh, a, Follis, Blaßbalg/
Menih, Monastes, Münch.
Messez, sza, Mensis, Monath.
Mezh, a, Mucto, Schwerdt.
Milostiv, iga, clemens, gnädig.
Mlad, iga, juvenis, jung.
Módèl, dla, Exemplar, ein Muster/ Form.
Módèr, driga, sapiens, weiß.
Mosh, á, Vir, Mann.
Mozhán, zhniga, fortis, starck.
Mras, a, Algor, Frigus, Gelu, Frost/ Kälte.
Must, a, Pons, Brucke.
Mojster, stra, Magister, Meister.
Myr, a, Pax, Frid.

N.

Navidliv, iga, Zelotes, Eyfferer.
Ajffrar, ja, idem.
Nedólshèn, shniga, unschuldig.
Neójſter, Striga, hebes, Strumpff.
Neſrézhen, zhniga, infelix, unglückhafftig.
Nosh, a, Culter, Messer.
Nòshizhék, zhka, Cultellulus, kleins Messerlein.

O.

Obèl, bliga, Teres, kugelecht.
Oblák, a, Nubes, Wolck.
Oblaſtnyk is mej trih, edèn, Triumvir, Dreyer.
Ogèjn, gnja, Ignis, Feuer.
Ognénik, a, pyrites, Sylex, Feuerstein.
Opróda, a, Armiger, Wassentrager.
Oſhter, ja, Hoſpes, Wirdt / Gastgeb.
Otrózi, Otrúk, Proles, Geschlecht / Kinder.
Shlahta, e, idem.
Ovèn, vna, Aries, Widder.
Ozha, Zhéta, Pater, Vatter.

P.

Palz, a, Pollex, Daum.
Papesh, a, Papa, Papst.
Papir, ja, Papyrus, Papir.
Paſtir, ja, Paſtor, Hirt.

Pehar,

Pehar, ja, Calix, Poculum, Becher/ Kelch.
Peißhez, ßhza, Pedes, zu Fuß/ Fußknecht.
Petlar, ja, Mendicus, Betler.
Bushèz, idem.
Piániz, nza, Bibo, Sauffer.
Pild, a, Simulachrum, Statua/ Bild.
Píntar, ja, Vietor, Khüffer/ Binder.
Plemenít, iga, Nobilis, Edel.
Schlahtén, tniga, idem.
Plut, a, Sepes, Zaun.
Poboj, a. Cædes, Todtschlag.
Podvirk a, Fuſtis, Stecken/ Knütel.
Pogled, a, Viſus, Gesicht.
Polßhter, ßhtra, Pulvinar, Küß.
Port per Murju, a, Portus, Schiffland am Meer.
Poshréßhin, ßhniga, Vorax, frässig.
Pot, a, via, iter, Weeg.
Potrébèn, bniga, indiges, bedürfftig.
Prag, a, Limen, Thürschwell.
Prah, a, Pulvis, Staub.
Pridigar, ja, Eccleſiaſtes, Prediger.
Pregnán is deshele iga, Exul, auß seiner Heimbet verwiesen.
Préßhußhnik, a, Adulter, Ehebrecher.
Prezép, a, Ames, Vogelkloben.
Prihod, a, Adventus, Zukunfft.
Profiint, a, Commeatus, Profiant.
Pob, a, Puer, Knab.

Punt,

Punt, a, Fœdus, Punt, Verbündnuß.
Saveſa, idem.
Punt, zhes goſpoſzhino, a, Seditio, Auffruhr wider die Obrigkeit.
Purgar, ja, Civis, Burger.
Purgermaſchter, ſhtra, Conſul, Burgermeiſter.
Puſhtab, a, Gramma, Littera, Buchſtab.

R.

Rak, a, Cancer, Krebs.
Rashin, shna, Veru, Bratſpieß.
Raſhpet, a, Grabatus, Lotterbetlein.
Roslózhik, zhka, Diſcrimen, Unterſchid.
Revèn, uniga, Miſer, Arbeitſeeliger.
Rug, a, Cornu, Horn.

S.

Samorogázh, a, Unicornis, Einhorn.
Sdrav, iga, ſoſpes, geſund.
Sejmèn, ma, Mercatus, Jahrmarckt.
Sin, ſna, Somnus, Schlaff.
Senz, a, Tempus, Schlaff am Haubt.
Set, a, Gener, Eidam / Tochtermann.
Shenf, a, Sinapis, Senff.
Sherjáv, a, Grus, Kranich.
Sheſel, na, ſedile, ſedes, Stuhl / Seſſel.
Shidanik, a, Bombix Seidenwurm.
Shivót, a, Corpus, Leib.
Shiv vogèl, iga, gla, Carbo, glüende Kohlen.

Sher-

Sherjaviza, e, idem.
Shkof, a, Præsul, Bischoff / Vorsteher.
Schrebèl, bla, Clavis, Nagel.
Zhaul, a, idem.
Shrinf, a, Cicatrix, Wundmal.
Shtrigèl, gla, Strigil, Strigel.
Shtrik, Funis, Strick.
Shtritar, ja, Pugil, Kempffer.
Fehtar, ja, idem.
Sit, iga, Satur, Saat.
Sklèp, a, Artus, Gliedmaß.
Sladák, dkiga, dulcis, süß.
Slép, iga, cæcus, blind.
Slep na enim ozhéſi, iga, Cocles, einäugig.
Slushábnik, a, Miniſter, Diener.
Smiĕt, a, Draco, Drach.
Drakon, a idem.
Smiſhlaviz, a, Poëta, Tichter.
Smrád, a, Fœtor, Geſtanck.
Smuk, a, Penu, Vorrath an Speiß und Tranck.
Sneg, a, Nix, Schnee.
Srezhèn, zhniga, felix, glückſeelig.
Neſrézhèn, zhniga, infelix, unglückſeelig.
Star, iga, vetus, ſenex, alt.
Starij, ga, presbyter, älterer.
Stariſhi, ga, idem.
Stebèr, bra, Columna, Säull.
Stèrd, a, Mel, Hönig.
Med, idem.

Stol,

Stol, a, Sedile, ſedes, Stuhl.
Rihtni ſtol, ga, a, Tribunal, Richtſtuhl.
Studenz, a, Fons, Brunn.
Sdenz, idem.
Svet, iga, ſacer, heilig.
Svit, a, Senatus, Rath.
Svojovojlèn, iga, petulans, muthwillig.
Preſhèrn, idem.

T.

Taſt, a, Sòcer, Schweher.
Tejk, a, Curſus, lauff.
Tempèl, pla, Templum, Tempel/ Kirch.
Zerkóu, idem.
Tèrſt, a, Arundo, Rohr.
Teshák, ſhkiga, gravis, difficilis, ſchwer.
Tovor, a, Onus, Laſt/ Sam.
Tram, a, Laquear, Balcken/ Tram.
Túp, a, hebes, Stumpff.
Neojſtèr, ſtriga, idem.
Turn, rna, Turris, Thurn.
Tvur, a, Ulcus, Geſchwer.

V.

Vahtar, ja, Vigil, Wachter.
Vál na vodi, a, Fluctus, Waſſerwell.
Varih, a, Cuſtos, Hüter.
Venzerli, na, Vinitor, Weingartner.
Vèrtar, ja, Olitor, Gartner.

Voiſ-

Voishák, a, Miles, Kriegsmann.
Sholnjer, ja, idem.
Utragliv, iga, piger, fauler.
Vud, a, Artus, Gliedmaß.
Vudi, in plurali usitatius, idem.
Vuk, a, Dogma, Lehr / Meinung.

Z.

Zartan, iga, tener, zarter.
Subtil, idem, indeclinabile.
Zeel, iga, integer, gantz.
Zhass, a, Tempus, Zeit.
Ureme, idem.
Zholn, a, Navis, Schiff.
Zholnár, ja, Nauta, Schiffmann.
Zòl, Vectigal, Telonium, Zohl/Maut.
Zuntèr, tra, Fomes, Zuntel.
Zvit, a, Flos, Blum.

CAPUT V.

Paradigma Generis Fœminini.

SINGULARIS NUMERUS.

N. Ta Máti, hæc Mater, die Mutter.
G. te Mátere, hujus Matris, der Mutter.
D. ti Máteri, huic Matri, der Mutter.
Ac. to Máter, hanc Matrem, die Mutter.
V. ó ti Máti, ó Mater, O du Mutter.
Ab. od te Mátere, àb hâc Matrre, von der Mutter.

DUAL.

DUAL. NUM.

N. te Mátere, hæ duo Matres, die zwo Mütter.
G. tiu Máter, harum duarum Matrum, deren zwey Müttern.
D. tima Máterima vel Máterma, his duabus Matribus, denen zweyen Müttern.
Ac. te Mátere, has duas Matres, die zwey Mütter.
V. ô vi Mátere, ô vos duæ Matres, O ihr zwey Mütter.
Ab. od tiu Máter, ab his duabus Matribus, von denen zweyen Müttern.

PLURAL. NUM.

N. te Mátere, hæ Matres, die Mütter.
G. tih Máterih ali Máter, harum Matrum, der Mütter.
D. tim Máteram, his Matribus, denen Müttern.
Ac. te Mátere, has Matres, die Mütter.
V. ô Mátere, ô vos Matres, O ihr Mütter.
Ab. od tih Máter, ab his Matribus von denen Müttern.

OBSERVATIONES.

1. Et hîc Casus terminationem sequitur articuli.
2. Nom. & Vocat. eandem habent terminationem in omni numero.
3. Gen. & Ablat. singulares sunt similes.
4. Gen. & Ablat. dualis conveniunt.
5. Gen. & Abl. plurales convenit terminatione. Hoc itaque paradigma erit Regula omnium fœmininorum.

6. No-

6. Nomina fœminina exeuntia in ſt, ut bledúſt, zhelúſt &c. habent Dativum & Ablativum ſimilem Genitivo in ſti, uti & Accuſat. & Vocat. ſimilem Nominativo exeunti in uſt, vel oſt, ſimiliter omnia Fœminina exeuntia in I, in Genitivo ut miſlı, kad, &c.

NOMINA FOEMININI GENERIS.

INCIPIENTIA AB A.

Antvela, le, Mantile, Handzwel/ Handtuch.
Arja, na ſhelési, e, Ferrugo, Roſt.

B.

Bakla, Fax, Fackel.
Beſſéda, de, Verbum, Sermo, Rede/ Wort.
Bledóſt, i Pallor, Bleiche.
Brátouſhina, ne, Tribus, Zunfft.
Bútora, re, Onus, Laſt.
Bùzha. zhe, Cucumis, Kürbes.
Plomiza, ze idem. Tiqva, ve, idem.

C.

Camra, re, Cubile, Cammer.
Cúhinja, nje, Culina, Kuchel.

D.

Daniza, ze, Lucifer, Morgenſtern.
Debellóſt, i, craſſitudo dicke / feiſte.
Dékliza, ze, Divíza, ze, Virgo, Jungfrau.
Dobrúta, te, Bonìtas, Güte.
Dojnìza, ze, Ama, e, Nutrix, Saugam.
Dragínja, nje, Caritas, Theurung.

E.

Elefántova Kuſt, ve, Kóſti, Ebur, Helffenbein.

Ena, una, Eine.

F.

Falshvjera, Superstitio, Aberglaub.
Krivavjera, idem.
Farba, be, Color, Farb.

G.

Germáda, de, Congeries, Stein oder Holz haussen. Gromázha, zhe, idem.
Gèrliza, ze, Turtur, Turteltauben.
Gèrzha, zhe, Tuber, Geschwulst / Beul.
Góra, re, Mons, Berg.
Gós, si, Anser, Ganß.

H.

Hímba, be, Astus, Lüst / Betrug.
Hináushina, ne, idem.
Híſha, ſhe, Domus, Hauß.
Hrúſhka, ke, Pirus, Bierbaum.
Hvaléshnost, Gratitudo, Danckbarkeit.

I.

Iétika, ke, Tales, Schwindtsucht.
Iáma, me Specus, Höhle / Gruben.
Lúknja, nje, idem.
Iézha, zhe, Carcer, Gefängnus.
Iiglá, gle, Acus, Nadel.
Iigrá, gre, Ludus, Spill.

K.

Karníza, ze, Gurges, Wirbel.
Kázha, zhe, Anguis, Serpens, Schlang.
Kri, *indeclin. singul.* Sanguis, Blut.
Klétka, ke, Decipula, Vogelschlag.

Klop,

Klop, pi, Scamnum, Stull.
Koprìva, ve, Urtica, Nessel.
Kórba, be, Calathus, Korb
Vèrbas, idem
Kósha, she, Tergus, cutis, Haut.
Kráſta, ſte, Scabies, Kretze.
Króna, ne, Diadema, Cron.
Kunſht, ſhti, Ars, Kunſt.
Vmétalnoſt, ſti, idem.
Kuſt, ſti, os, Oſſis, Bein.

L.

Lákota, te, Fames, Hunger.
Lèbunga, ge, Convivium, Wolleben.
Goſtovánje, idem.
Liſsiza, ze, Vulpes, Fuchs
Lubesnivoſt, ſti, Comitas, Freundlichkeit.
Luzh, zhi, Lux, Liecht.

M.

Matéria, e, Materia, Zeug.
Medéniza, ze, Pollubrum, Pelvis, Handbeck.
Mérha, he, Cadaver, Aaß. Mèrlizh, zha, idem.
Mísa, se, Menſa Tisch. Mish, i, Mus, Mauß.
Miſal, ſli, Animus, Mens, Gemüth.
Mladíza, ze, Germen Zweig.
Oerálèlk, a, idem.
Mladiza od Dátelne, ze, Spadix, ein Zweig von einen Datelbaum.
Mladúſt, ſti, Juventus, Jugend.
Mrejsha, she, Rete, Netz/ Garn.

Múrva, ve, Morus, Maulbeerbaum.
Músga, ge, Palus, Udis, Sumpff/ See.
Muzh, zhi, Robur, Stárcke.
Bóshja muzh, ſje, zhi, Numen, Göttlicher Gewalt.

N.

Nesmáſſa v' pitju, v' jedi, v' gvantu, ſe, Luxus, Uberfluß.
Neſrézha, zhe, Clades, Unfall/ Unglück.
Nezháſt, ſti, Dedecus, Unehr. Sramóta, e, idẽ.
Njiva ve, Ager, Acker. Nozh, zhi, Nox, Nacht.

O.

Obláſt, ſti, Poteſtas, Gewalt.
Odéja, je, Teges, Decke.
Omótiza, ze, Vertigo, Schwindel. Vertoglávje, ja, idem.
Oſla, e, Cos, tis, Wetzſtein.
Oſtróga, ge, Calcar, Sporn.
Ovza, ze, Ovis, Schaaf.

P.

Priáſnoſt, sti, Neceſſitudo, Freundſchafft. Favor, Gunſt.
Pesa, se, Pondus, Gewicht. Tésha, she, idem.
Pézh, zhi, Fornax, O.fẽ Piſhál, i. Fiſtula Pfeiff.
Pónva, ve, Sartago, Bratpfann.
Posablívoſt, ſti, Oblivio, Vergeſſenheit.
Póſtela, le, Cubile, Beth.
Poſtáva, ve, Lex, Geſätz.
Préſha, ſhe, Torcular, Weinkelter/ Trotte.
Prigliha, he, Exemplum ſimilitudo, imago, Gleichnuß/ Vorbild. Spodóba, Pild, idem.

Poſſó-

Possóda, de, vas, sis, Geschier/ Vaß.
Sdóbena, isrésana, possóda, ne, ne, de, Toreuma, außgegraben Geschier.
Prilóshnost, sti, Occasio, Gelegenheit.
Prípúvist, sti, Adagiũ, Proverbiũ, Sprichwort
Prízha, zhe, Testis, Zeug.

R.

Rána, ne, Vulnus, Wund.
Reka, ke, Flumen, Fluß.
tekózha, Voda, e, e, idem.
Rejzh, zhi, Res, Ding. Ríba, be, Piscis, Fisch.
Rínka, ná gàrli, ke, Monile, Halsbandt.
Rósha, she, Gártrosha, Rosa, Rosen.

S.

Saståva, ve, Pignus, Pfandt.
Savésa, se, Fœdus, Bundt.
Sekíra, e, Securis, Axt/ Hacken.
Sémlja, lè, Tellus, Erdreich.
Séstra, stre, Soror, Schwester.
Shába, be, Rana, Frosch.
Shálost, i, Mœror, Traurigkeit.
Shéna, ne, Mulier, Fœmina, Weib.
Porozhéna, shèna, ne, ne, Uxor, Eheweib.
Shétva, tve, Messis, Schnitt/ Erndt.
Shlíza, e, Cochlear, Löffel.
Shéja, je, Sitis, Durst.
Shláhta, te, Gens, Geschlecht.
Shpíza, ze, Acies, Spitz.
Shtábla, ble, Gradus, Staffel.
Shtála, le, Stabulum, Stall.

Volóuſka ſhtala,ke,le, Bovile, Ochſenſtall.
Ovzhja ſhtála, je, le, Ovile, Schaafſtall.
Kósja ſhtála, je, le, Caprile, Geißſtall.
Shtalt, ti, Species, Geſtalt.
Shúta,te,Agger,Schütte.Syla,le,Vis,Gewalt.
Skála, le, Rupes, Petra, Felß.
Skèrb, bi, Cura, Sorge.
Sláma, me, Stramen, Stroh.
Sladkúſt, ſti, Dulcedo, Süſſigkeit.
Slobódnoſt, ſti, libertas, Freyheit.
Slushbá, be, Servitus, Dienſtbarkeit.
Smèrt, ti, Mors, Todt. Smólla, le, Pix, Bech.
Smóta, te, Error, Irrung. Irunga, ge, idem.
Spodóba, be, Spodóbnoſt, ſti, Imago, Bild,
Item, Æquitas, Billigkeit.
Sramóta, te, Dedecus, Turpitudo, Schandt.
Srézha, zhe, Sors, Fortuna, Glück.
Stároſt, ſti, Senectus, graue Alter.
Ætas, Alter/ Zeit.
Stéjna, ne, Paries, Wandt.
Steníza, ze, Cimex, Wantzen.
Stran, ni, Latus, Seiten.
Súknja, knje, Tunica, Rock.
Sválzhina, ne, Affinitas, Schwagerſchafft.
Svitlóba, be, Splendor, Schein.
Svjer, ri, Animal, Thier.

T.

Taht, ti, Funale, Dacht im Liecht.
Fushèl, na, idem.

Tem-

Temmá, me, Caligo, Tenebræ, Finstere.
Tésha, she, Pesa, se, Pondus, Gewicht.
Tráva, ve, Gramen, Graß.
Tréſhlika, ke, mèrsſiza, ze, Febris, Fieber.

V.

Vásha, she, Ceſpes, grüne Wase.
Vjéra, re, Fides, Glaub.
Vérba, be, Salix, Weide.
Vèrv, vi, Funis, Seil/ Strick.
Vídra, dre, Lutra, Otter.
V'métalnoſt, ſti, Ars, Kunſt.
Vrána, ne, Cornix, Kraah.
Vſteklúſt, ſti, Rabies, das Wütte eines Hunds.
Vuſh, ſhi, Pediculus, Lauß.
Vus, si, Axis, Achs an einem Radt.

Z.

Zéha, he, Symbolum, Sympoſium, Zech.
Zérkov, Zérkva, ve, Templum, Kirch.
Zhaſt, ſti, Amplitudo, Decus, Honor, Achtbarkeit.
Nezháſt, ſti, Sramota, te, Dedecus, Unehr/ Schandt.
Zhédnoſt, ſti, Virtus, Tugend.
Zhervojédina, ne, Caries, Wurmſtichigkeit.
Zhíſtoſt, ſti, Caſtitas, Keuſchheit.

Huc refer omnes voces in ſingulari nominativo, deſinentes in A.



CAPUT VI.

Paradigma Generis Neutri.

SING. NUM.

N. tu pismu, hoc scriptum, das schreiben.
G. tiga pisma, hujus scripti, deß schreiben.
D. timu pismu, huic scripto, dem schreiben.
Ac. tu pismu, hoc scriptum, das schreiben.
V. ô ti pismu, ô scriptum, O du schreiben.
Ab. od tiga pisma, ab hoc scripto, von dem schreiben.

DUAL. NUM.

N. ta pisma, hæc duo scripta, die zwey schreiben.
G. tiu pismih, horum duorum scriptorum, der zweyen schreiben.
D. tima pisma, his duobus scriptis, denen zweyen schreiben.
Ac. ta pisma, hæc duo scripta, die zwey schreiben.
V. ô vi pisma, ô vos duo scripta, O ihr zwey schreiben.
Abl. od tiu pismih, ab his duobus scriptis, von denen zweyen schreiben.

PLUR. NUM.

N. ta pisma, hæc scripta, die schreiben.
G. tih pismih, vel pisom, horum scriptorum, deren schreiben.

D.

D. tim pismam, his scriptis, denen schreiben.
Ac. ta pisma, hæc scripta, die schreiben.
V. ô vi pisma, ô vos scripta, O ihr schreiben.
Ab. od tih pismih vel pisom, ab his scriptis, von denen schreiben.

OBSERVATIONES.

1. Et hic, ut in masculinis & fœmininis casus sequuntur articuli finem exceptis genitivis dualium.
2. Nom. Ac. & Vocat. in omni numero sunt similes.
3. Genit. & Ablat. singulares, duales, & plurales sunt similes.
4. Exemplum hoc erit pro Regula omnium Neutrorum.

Nomina Generis Neutri.

A.

Apnu, pna, Calx, Kalch.

B.

Bekájne, nja, Balatus, Schaafpleren.
Blagú, ga, divitiæ, gut.
Blagú na, prodájo, merx, Kauffmanns Wahr.
Bliskánje, nja, Fulgur, Pliz.

D.

Déblu, bla, Stirps, Stamm.
Délu, la, labor, opus, Arbeit/ Werck.
Déjte, ditéta, Puer, Kind.

Djánje, nia, Historia, Geschicht.
Drázhje, ja, Frutex, Staud.
Drivú, vá, vêssa, Arbor, Baum.
Hrúshovu drivu, shoviga, va, Pyrus, Birnbaum.
Zhéshnovu drivú, viga, vá, Cerasus, Kirschbaum.

E.

Elefántovu, shrajánje, viga, nia, Barritus, Elefanten-Geschrey.

F.

Ferdérbanje, nja, Pernicies, das Verderben.

G.

Germénje, nja, Tonitru, Donnerschlag.
Grum, idem.
Govédu, da, Bos, Rind.

H.

Helze, za, Capulus, Messerhefft.
Hoténje, nja, Hotlivost, Shelje, Libido, Geilheit.

I.

Jimé, na, Nomen, Nahmen.
v'kup jemlenjé, nja, Synecdoche, Begreiffung.

K.

Kardellu, la, Agmen, Hauff / Schaar.
Kolénu, na, Genu, Knye.
Konzhánje, nja, Pernicies, das Verderben.
Kosillu, la, Prandium, Mittagmahl.
Kuhanu vinu, niga, a, defrutum, gekochter Wein.

Kúlla, Essedum, Currus, Wagen.
Kúnshtnu bojuvánje, tniga, nja. Stratagema, künstliche Kriegsstück.

L.

Lájnu, na, Stercus, Müst.
Léjtu, ta, Annus, Æstas, Jahr/ Sommer.

M.

Méstu, sta, Civitas, urbs, Stadt.
Menénje, sdéjnje, nja, Opinio, Meinung.
Mermrájnje, nja, Murmur, Gemürmel.
Mléku, ka, Lac, Milch.
Morjé, ja, Mare, Meer.

N.

Nakoválu, la, Incus, dis, Amboß.

O.

Oblízhje, ja, Facies, Angesicht.
Odrésanje, nja, Odsékanje, nja, Apocope, Abschneidung.
Ognishe, sha, Focus, Heerd.
Opravílu, la, Officium, Ambt. Slushbá, idem.
Ozhítanje, nja, Kolnénje, kletva, Convitium, Scheltwort.

P.

